

in premissis, peregrinando concurrentibus passim ^{rege =} ~~ma~~:
 petrata et obtenta, cepit deficere notabiliter et ad ulti-
 mum exterminium declinare. Postea namque anno
 1291 mai. 18. domini 1291 cepit illa civitas nobilis et munitissima
 Accronensis per Terracenos, quam quidem civitatem pro
 ultimo suo presidii refugio in illis partibus sibi usque
 tunc conservaverant multis laboribus et industria christiani.
 In cuius expugnatione urbis omnes christiani utriusque
 sexus, religiosi, multi nobiles et militares et totam in-
 super vulgus una cum patriarcha Therosolimitano
 absque ulla misericordia fuerunt crudeliter interfecti,
 exceptis paucis de ordine fratrum ordinis ^Hospitalis et
 fratrum hospitalis Theutonicorum navium beneficio
 fuga lapsis.

Circa eadem tempora accidit quoddam singulare et
 mirabile, ymmo difficile audientibus ad credendum.
 In territorio namque ^{6]} Sandaxensi comitatus Flandrensis in
 villa, que lingua ipsius patrie Velske ^{7]} nominatur, quedam
 mulier dolore intestinorum sive ventris miserabiliter
 cruciata unica die per os suum evomit 14 araneas vivas
 nigras et grossas, item 9 ranas similiter nigras et grossas,
 item duos farones, qui vulgo dicuntur wissantz, nigros,
 pilosos, cum magnis dentibus albis et auribus longis atque
 nigris, quorum capita fuerunt grossa ad modum ovorum
 anserinorum. Item evomit eodem die duos rattos adeo
 pingues et grossos, quasi videtur esse ^{re}pregnantes, tandem

^{6]} Gent.

^{7]} Velsicque, oppidulum in Flandria orientali situm.